

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Quistorp

**Rector Academiae Rostochiensis, D. Joh. Quistorpius ... Ad Exequias, Quas
Uxori ... B. Annae Lukawen/ ... Dn. M. Johannes Käntzler/ Past. Ecclesiae Petrinæ
optime meritus, parat. Academicos omnes officiose invitat..**

Rostochi[i]: Kilius, 1663

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770292984>

Druck Freier  Zugang



Q vistorp, J.

in

A. Luckaw,

uxor. J. Käntzler.

Rostock, 1663.

69.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770292984/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770292984/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770292984/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770292984/phys_0003)

DFG

RECTOR ACADEMIÆ
ROSTOCHIENSIS,
D. JOH. QVISTORPIUS,



ΘΕΟΛ. Prof. P.

Ad Exequias,

Quas

Uxori desideratissimæ

B, ANNÆ
Eufawen/

Pl. Reverendus Vir

DN. M. JOHANNES
Kångler/

Past. Ecclesia Petrinæ optimè meritus,
parat.

**Academicos omnes officiosé
invitat..**



ROSTOCHI,

Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. Anno 1663.

Ezech. XXIV. v. 16.

Filiī hominis, ecce Ego tollo à te desiderium oculorum tuorum plaga: Sed ne plangito, neq; fletō, neq; prodeunto lachrymæ tuæ.

RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,
D. JOH. QUISTORPIUS, P.



Oëtam quendam à canibus fu-
isse disceptum, atque has eum
meritissimas pœnas ideo dedisse
ajunt, quod universum fœmine-
um genus, opprobriis, mul-
tiplicibusque conviciis prosci-
disset. Etsi enim ut viris, sic mu-
lierib⁹ sui quoq; sunt nævi, sui er-
rores: sacra tamen Scriptura lon-
gè aliter, atq; ille Poëta, de hoc sexu judicat; dum bonas
discernit à malis, atq; ut has graphicis verbis reprehēn-
dit, sic bonas mulieres mirificis extollit laudibus. Quas
quidem laudes, quæq; encomia, Rex Salomon & Syraci-
des his præcipue Aphorismis complexi sunt: Mulieris
bonæ beatus vir: numerus annorum illius duplex. Mu-
lier timens Dominum ipsa laudabitur. Pars bona, mu-
lier bona, in bona parte timentium Deum. Gratia
super gratiam, mulier bona & pudica. Mulier dili-
gens, corona viri. O beatum virum, cui est mulier
talis! confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit.
):(
Talis

Talis verò bona, timens Dei, pudica, prudens & cœconoma fœmina fuit B. ANNA Rānzelers / ordine successivo quatuor Symmystarū amantissima conjux. Sed quid ad hæc hodierna Græca Ecclesia dicet, quæ secundas Nuptias Clericorum damnat? In Actis Concili Ephe-sini, edictum Theodosii Cæs. talè notatum legimus. Statuimus ut Irenæus, qui post secundas nuptias, con-trà Apostolorum Canonem Tyriorum Episcopus est creatus, à sanctâ Tyriorum Ecclesiâ statim expallatur: Nos his dictis opponimus S.Pauli sententiam, 1. Cor. VI. 9 & 39. Ac Ezechielem Prophetam c, XLIV, 22. qui clare jubet ducere viduam, quæ fuit vidua ex Sacerdo-te. Si enim primæ nuptiæ cum Episcopatu Presbyteratu & Diaconatu simul consistere possunt, quare non defunctâ uxore & secundæ? Pontificii autem, Græcis duriores, Conjugio Clericorum planè contradicunt. Inq; eos quadrat, quod Epiphanius cont. Origenianos scribit: Repudiant Nuptias, at non libidinem, in honore enim apud illos est non sanctitas, sed hypocrisis. Gentium Doctor, Nuptias in omni homi-num genere honoratas esse vult, atq; earum interdicti-onem, dœmonum esse disciplinam docet. Paulus maritus fuit, uti ex Ignatio, ad Philadelp. Clemente Stromat. l. 7. & Eusebio l. 3. c. 27. intelligimus. Petrus Apostolus est, & Maritus, ut apertè fatetur Hieron. advers. Jovinian. l. 1. p. 480. isq; uxorem suam, cùm ad mortem raperetur, alacriorem fecit. XII. Apostolos, exce-

excepto Johanne, maritos fuisse, restatur Ambrosius
in 2. ad Cor. c. ii. *Spiridion Episcopus*, ad mortem usque
fuit Maritus, nec propterea ad res divinas ineptus fa-
ctus est. Sozom. l. i. c. ii. *Tertull.* Presbyter, duos ad
Uxorem libros scripsit, eamq; dilectissimam in Domi-
no conservam, appellavit. Et *Hilarium Episcopum*,
Pictaviensem, uxorem habuisse, ex ipsius ad Abraham
filiam *Epistola colligitur*. B. *Lutherus Jen.* T. 3. p. 140.
Ehe ich aus diesem Leben scheide / wil ich ehelich werden /
und solts nicht weiter denn eine verlobte Josephs Ehe sein.
Is ipius, hoc T. 3. p. 140. probat, daß die Erzväter/ Pro-
pheten und Apostel Ehelich gewesen. Concludo cum
Hieronymo, virginitatis alioquin assertore nimio, con-
tra Jovinianum. *Hodiè quoq; plurimi Sacerdotes ha-*
bent matrimonia. Temporibus Concilii Agatensis sec.
sesto, adhuc *Episcopos uxoratos fuisse*, cap. 24. indicat,
dum *Episcoporum hæredes esse posse*, suos filios ac nepotes, sta-
tuit. Idem luculenter testatur seculi quarti Concili-
um Ancyranum, c. 10. his verbis. *Diaconi quicunque*
(cum ordinantur) si in ipsâ ordinatione protestati sunt, di-
centes: *Velle se habere uxores*, nec posse se continere, hipo-
stea, si ad nuptias venerint, maneant in ministerio, propter-
câ quod his *Episcopus licentiam dederit*. Omnium autem
Clarissimè Gangrense Concilium: A.C. 324. cap. 4. h. t.
Quicunq; discernit à Presbytero, qui uxorem habuit, quod
non oporteat, eo ministrante, de oblatione percipere, ana-
thema sit: *καὶ τὰῦτα μὲν δὲ τὰῦτα*. B. *Hæc thori Sacerdota-*
);(lis fo-

Lis socia nata est Anno 1601. durantibus fériis Nativitatis Christi, Rostochii ex honestis & egregiis Parentibus, Patre HANS Lufawen / Avo IOACHIM Lufawen curatoribus templi apud nos Nicolaitani, & Pro-Avo Rev. Dn. JOACHIMO Lufawen / commilitoni Rostochiensium primi Evangelistæ B. JOACHIMI Schüters / qui postquam Wittebergæ ad pedes Magni LUTHERI sedisset, in oppidulo Tessin, Christum, expulsis Pontificiis, pure prædicavit. Mater piè defunctæ fuit Koneke Reymers / fæmina ornatissima, filia JOACHIMI Reymers / Præfecti Ecclesiæ Marianæ accuratissimi, &c. Cum verò S. Paulus Tit. iii. v. 9. genealogias cohibendas svadeat, sunt enim inutiles & vanæ; Procedimus ad Stemma Cœleste, cui per Sacramentum Baptismi inserita fuit hæc ANNA, indè filia Dei dicta, diesen Adel kan man mit keinem Gelde kaufen. Ab infantia', animum ad virtutis studium applicavit, undè & facile procul naæta est B. M. JOH. ALWARTUM, Pastorem ad S. Catharin, Anno 1620. Et ex eo suscepit utriusq; sexus sobolem; filius JACOBUS ante diem obiit, sed filia CATHARINA superstes, Maritum naæta est, Rev. Dn. HENRICUM Klaproden / Pastorem vicinæ Ecclesiæ Kessinensis, mater X. liberorum. Postquam Ao. 1623. intervivos esse desiit hic primus maritus; Ad secunda transiit vota, sibique, in officio Ecclesiastico successorem B. M. MICHAELEM von Kœlln / matrimonij vinculo obstrinxit, mater ibidem unius filiæ ANNÆ, facta,

facta, quæ elocata Rever. Dn. JOHANNI Sparböhren-
ten quæ in partu filiolæ mortua est. Ao. Christi 1623. Pri-
oribus Viris Dei defunctis, B. Dn. HINRICUS Von der
Wide Pastor ad S. Catharinam, dein factus Antistes
Ecclesiæ Petrinæ, eam exambiit, ex cuius lumbis prodi-
ere filius JOHANNES jam olim mortuus, cum filia
REBECCA, modò conjugæ R. Dn. BARTHOLOMÆI
LUDOVICI Pastoris Ruchoviensis; Hoc quoque vi-
ro An. 1631. orbata, sequenti Anno conjugium contra-
xit, cum Pl. Reverendo Dn. M. JOHANNE Rantzlern/
Pastore Ecclesiæ Petrinæ optimè merito, quocum in
conjugio pacato Triginta & unum annos transegit; ac
octo Liberorum fœcunda genetrix facta est; ex hujus
racemi uiris, ANGELA abcerpta cohabitæ modò Rev.
M. MICHAELI Rordes/ Archidiacono Parchimensi fi-
delissimo. Duæ Virgines MARGARETA SOPHIA
cum JOHANNA SOPHIA, eunt multis lachrymis Ma-
tri exequias, ac Patrem Viduum mestissimum obse-
quiosò cultu prôsequuntur; Alii adhuc Quinq; ex eo-
dem stemmate nati, aliquantò citius ad Cœlestia trans-
lati sunt. Erat fœmina pia, modesta, placida, humilis, fru-
galis, luxuriæ & superbiæ inimica, dexteræ, sedula; in re fa-
miliari legitimis modis tuendâ & augenda valde indu-
stria, maritorum amantissima, & obsequentissima,
liberis piè ac honestè educandis & informandis studi-
osissima: haud assimilis ej, quam sapientissimus Rex
Salomon Prov. XXXI. prolixè describit, una cum Sy-
racide

racide, c. **XXVI.** Tandem hæc pia Mater tot libero-
rum, male habere & Pleuriti de laborare cepit, quem-
morbum nullâ arte, alias Experientissimus Dn. D.
BACHMEISTERUS, Prof. P. profligare potuit. In-
terim ipsa animæ suæ quam maximè consuluit, & à
Poenitentiario suo Rev. Dn. M. PROTASIO BESELIN
symmystâ dilecto, absolutionem à peccatis, ac ciba-
tionem sacramentalem, contrito corde, in verâ fidu-
ciâ, petiit; ac aliquoties intonavit brevi ante mortem,
illud: *Nicht mehr den lieber Herre mein / Dein Todt soll
mir das Leben sein / iter. Ach daß die Hülffe aus Zion
käme &c.* Tali viatico instructa, se ad iter Cœlestes
præparavit, ac portū, VII. Apr. secundo vento ac velis
attigit. Vivat hæc beata Anima in pace! Cùm autem
piè defunctæ Matronæ hodiè hor. I. corporis exuviae
Christiano ritu condendæ sint; decet Nos, cùm pro-
pter memoratas ejus virtutes, tum propter prænomina-
tos Viros Dei, in primis ob Adm. Reverendum M.
KÄNZELERUM, Pastorem Ecclesiæ Christi, Viduum
mæstissimum, hoc die ultimum pietatis officium, in
cohonestanda sepulturâ præstare. Proinde Academicos
omnes rogatos, invitatos & monitos velim, ut
indicatâ horâ, in templo Petrino frequentes con-
veniant, & funeris exequias unâ nobiscum
honorifice prosequantur.

P. P. Rostochii, d. XIII. April.

Anno 1663.







facta, quæ elocata Rever. Dn
ten quæ in partu filiolæ mortu
oribus Viris Dei defunctis, B.
Wide Pastor ad S. Catharina
Ecclesiæ Petrinæ, eam examb
ere filius JOHANNES jam
REBECCA, modò conjugè R
LUDOVICI Pastoris' Ruchov
ro An. 1631. orbata, sequenti A
xit, cum Pl. Reverendo Dn M
Pastore Ecclesiæ Petrinæ opti
conjugio pacato Triginta & u
octo Liberorum fœcunda gen
racemi uiris, ANGELA abcer
M. MICHAELI Kordes/ Archi
delissimo. Duæ Virgines M
cum JOHANNA SOPHIA, ei
tri exequias, ac Patrem Vidu
quioso cultu prosequuntur; I
dem stemmate nati, aliquantæ
lati sunt. Erat fœmina piæ, mod
galis, luxuriæ & superbiæ inim
miliari legitimis modis tuendæ
stria, maritorum amantissimæ
liberis piè ac honestè educandæ
osissima: haud absimilis ej., q
Salomon Prov. XXXI. prolix



NI Sparböhre
christi 1628. Pri
ICUS Von der
factus Antistes
slumbis produ
cius, cum filiâ
THOLOMÆI
oc quoque vi
gium contra
NE Rantzleru
, quocum in
s transfigit; ac
r est; ex hujus
tat modò Rev.
archimensi fi
ETA SOPHIA
achrymis Ma
issimum obse
Quinq; ex eo
Cœlestia trans
la, humili, fru
sedula; in re fa
la valde indu
quentissima,
mandis studi
entissimus Rex
, unà cum Sy
racide